

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Eluangam excolit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

ex vino donum. Ille vultu liberali visus probare dicta, repositis in equos Patribus præire perrexit. At ubi ad aquarum vētum est finem è conspectu euanuit. Hominem rusticānum accolārum è numero habitus ac species indicabant. Rocca tamē, cuius nos & ex ore, & commentario hæc accepimus, nunquam dubitauit, quin cælestium fuerit ciuium vñus à Deo missus, qui sancto illi Patri laborum spatium in publicas vtilitates propagaret. Idq; argumentabatur, tum, quod ante necessitatī momētum nunquam apparuerat, tum, quod, vt extra periculum ventum est, desiit apparere. Nec erat simile vero promissa benignitate, cum hospitium proxime abesset, se se fraudaturum. Vt cumq; Lector accipiat: mihi haud paulò mirabilior est illa Canisij in supremo discrimine securæ mentis lœtitia, & immortalitati tanquam ex proximo ostensæ manus iniiciendæ cupidio.

Rebus OEniponti, quam potuit optimè, gestis, reuersus Dilingam in eunte anno duodecimagesimo stylo manū admouit. Ceterūm vix primas duxerat lineas, cum vehementer institit Cardinalis Otho, vt per magni Ieiunij opportu-

1568.

*Eliangam ex  
colit.*

na

na negotiis animarum tempora, secū Eluangam  
abiret. Verebatur obsequentissimus Doctor, ne  
operis interpellatio, quod Pontifex Maximus im-  
posuerat, cōtra obedientiam esset. Itaq; tanquam  
vnus ē numero rem integrā Dilinganorum Pa-  
trum voluntati, arbitrioq; permisit. Qui cum o-  
ptimo Cardinali minimē negandū ex intermis-  
sione non magna magnum adiumentum cen-  
suissent, nullam ipse cunctationem obiecit. Exti-  
tit sane dignum opera illa pretium. Mensis vnius  
spatio præter confirmatos Catholicos, amplius  
viginti Hæretici abstracti ab erroribus suis, & ad  
orthodoxos reducti. Multorum expiatæ consci-  
entiæ, & pauperum in primis in publica hospitali  
æde degentium. Verūm Canisius in commemo-  
randa totus est virtute Cardinalis, de se se reticens,  
cum tamen dubium nequaquam sit, quin rerum  
ab illo quoq; gestarum pars non modica ipsimet,  
vel vt autori, vel vt adiutori debeatur. Lauisse  
pauperibus propalam pedes in templo : iisdem  
discumbentibus domi ministrasse: tum singulos  
etiam donatos stipe dimisisse; Oppidum circum-  
iisse quæritantem in opum domicilia, suaq; ma-  
nu eis præbuuisse in opia leuamenta : ægrotos in-  
uisisse

*Cardinalis  
Angustianus  
Girinus.*

